

AUGUSTISSIMO,
POTENTISSIMO,
INVICTISSIMO,
ROMANORUM
IMPERATORI
CAROLO
SEXTO,

Germaniæ, Hispaniarum,
Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,
Croatia, Sclavonia, &c.

R E G I,

Archiduci Austriæ, Duci Burgun-
diæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolia, & Würten-
bergæ, Comiti Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis,
Goritiæ & Gradiscæ, &c. &c.



SACRATISSIME CÆSAR, DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME.



Qui post plurium annorum vigilias in lucem prodit liber, ad SACRATISSIMÆ MAJESTATIS VESTRÆ pedes sese conjicit; &, dum à Clementissimo Augusti Sideris influxu fo-
veri implorat, Regnum amplissimum DO-
MINO, & Orbis MODERATORI tria me-
den-

dentium Regna substernit. Artium & Scien-
tiarum, quarum culturâ reipublicæ salus viget,
illud hactenus certamen fuit; ut lucubrationum,
& industriæ suæ partus ad CÆSARIS illius So-
lrium adferrent, quem VINDICEM, FAU-
TOREM, & INSTAURATOREM suum
omnes deprædicant. Prævenerunt nos plurimæ,
hoc tandem in volume minimè postrema sese
sistit Pharmaceutica rerum, quas vastissimus
naturæ sinus complectitur, propè omnium coor-
dinatio; iteranda non semel tentamina, & ad
experimentorum trutinam revocanda, non pote-
rant non longiores moras injicere; atque satius
duximus, immaturæ temeritatis, quam dilati
obsequii notam effugere.

Dolebamus sanè miseram ægrotantium for-
tem, cui sæpenumerò plus molestiæ, periculivè
à me-

à medendi *discrepantia*, quam à morborum con-
flictu imminebat, dum in parandis pharmacis
Ars sibi contradiceret, atque ideo saluberrima
medentium studia aut eluderet penitus, aut diu-
tiū in *ancipi*ti suspenderet. Dissidio modum
hoc opere statuimus, & dum disciplinam in par-
tes scissam, stabilem ad normam, legémque re-
vocamus, unā & medentium curas tutiori in lo-
co reponimus, & ægris levamen asserimus. Ne-
que tamen est, quod hunc conatum nostrum, sa-
luti publicæ dicatum, & labore, studio, ac ære
non modico paratum ab omni metu absolutum
putemus, nisi Sacratissimis MAJESTATIS
VESTRÆ auspiciis protegatur. Fuere, & erunt
forsitan viri doctrinâ, & arte præstantes, qui in
contrariam à nobis sententiam abeant, Sed quis
laceſſere audeat, quod ipsa in fronte AUGU-
STO NUMINE munitum viderit? si verd
DEO

DEO Simillimos Principes efficit publica pro in-
columitate excubans providentia , artem , quâ
non commodis , opibus , ac fortunis , sed saluti ,
ac vitæ hominum consulit , à MAJESTATE
VESTRA protectum iri , nemo est , qui seu ve-
lit , seu possit ambigere .

Hæc igitur studia nostra , quæ pro communi
omnium salute publica esse voluimus , ad MA-
JESTATIS VESTRÆ Solium procumbunt .
Ratio , & Experientia , quibus Duce & Magi-
strâ usi fuimus , CÆSARI ORBIS SOSPI-
TATORI volumen offerunt ; quod dum medelæ
parandæ , atque adeò valetudini vel stabiliens-
dæ , vel reparandæ rationem continet , id unum
DEUM Optimum Maximum precamur , ut
MAJESTATEM VESTRAM , in qua
vitam , salutem , & incolumentatem suam flo-
rer

*rentissima regna, & mundi pars melior respi-
ciunt, Artis nostræ subsidiis minime indigam,
nobis, & humani generis bono quam diutissime
Sospitem indulgeat*

ITA VOVET

**SACRATISSIMÆ MAJE-
STATI VESTRÆ**

*Submississimum Collegium
PHARMACEUTICUM VIENNENSE.*